

CALENDARIUM.

XXVIII.	S. Prudentii Episc. et Conf. dupl. Commem.	
	S. Georgii, et S. Vitalis Mart.	53
	Aliud Officium S. Prudentii et Octava ejusd.	54
XXX.	Octava S. Georgii, duplex.	58

Maius.

V.	In Conversione S. Augustini Episc. Conf. et Eccl. Doct. duplex.	61
VIII.	Festo in honorem SS. Trinitatis ob conversionem Gothorum, duplex majus.	66
X.	B. Joannis de Avila, Conf. Presbyteri sæcularis Magistri nuncupati, duplex.	75
XII.	S. Dominici Calceatensis Conf. Semiduplex.	76
XIII.	S. Secundi Episc. et Mart. duplex.	78
	Eadem vel alia die, S. Petri Regalati Conf. semiduplex.	79
XV.	S. Isidori Agricolaæ Conf. Matrili Patroni, dupl.	81
	Eadem vel alia die, S. Torquati Episc. Mart. duplex.	85
	» S. Indaletii Episc. Mart. duplex.	87
	» S. Euphrasii Episc. et Mart. Dioc.	
	» Giennensis Patroni, duplex. — In Dioc. Giennensi, duplex j. classis cum Octava.	89
XVI.	S. Joannis Nepomuceni Mart. duplex.	90
XVII.	S. Paschalis Baylon Conf. duplex.	91
XXI.	S. Felicis a Cantalicio, Conf. semiduplex.	92
XXII.	SS. Torquati et soc. Episc. Mart. duplex.	92
XXIII.	Apparitionis S. Jacobi Apost. et Hisp. Patroni, duplex.	92
XXX.	S. Ferdinandi Regis Hispaniæ, Conf. duplex j. classis cum Octava.	100
XXXI.	B. M. V. Reginæ SS. Omnium et Matris pulchræ Dilectionis, duplex ij. classis.	108

Junius.

I.	Die III. infra Octavam S. Ferdinandi, semid.	116
	Eadem die, S. Peregrini Latiosi Conf. dupl. Commem. Octavæ.	118
II.	Die IV. infra Octavam S. Ferdinandi, semid. Commem. SS. Marcellini etc. Mart.	118
III.	Die V. infra Octavam S. Ferdinandi, semid.	120
VI.	Octava S. Ferdinandi, duplex.	121
XVI.	S. Joannis Francisci Regis Conf. semiduplex.	123
XVIII.	SS. Cyriaci et Paulæ Virginis, Martyrum, dupl. Comm. SS. Marci et Marcelliani Mart.	123
	Officium votivum S. Jacobi, Hisp. Apost. et Patroni, semid.	123
	Officium votivum B. M. V. Immaculatæ in Sabbato, semid.	136
	Festum B. M. V. de Guadalupe, duplex majus.	137

Concordat cum originali. — IMPRIMATUR.

Tornaci, die 8 Octobris 1901.

Vicr. DUREZ Vic. Gen.



Proprium Sanctorum

— ❖ — Mexicanorum. — ❖ —

PARS VERNA.

DIE XIII. FEBRUAR.	Mart. cum XX de Comm. unius Mart.
S. Catharinæ de Ricciis Virg.	In ij. Noct., Lect. Principes. de Comm. ij. loco.
Duplex Angelopoli.	In iij. Nocturno, Homilia in Evang. Nihil est opertum. de eodem Communi iij. loco.
Omnia ut inter Officia pro aliquibus locis eadem die.	Lectio ix. de Homil. et Comm. Feriæ in Laud.
DIE XIV. FEBRUAR.	
S. Gelasii	
Martyris, cujus Reliquia asservat. in Alma Metrop. Eccles. Duplex.	DIE XXI. FEBRUAR.
Omnia de Communi unius Martyris.	S. Angelæ Mericiæ Virginis.
Oratio. Præsta, quæsumus. de Comm. ij. loco.	Duplex. Angelopoli.
Et fit Comm. Feriæ.	Omnia ut in Brevariario die xxxj. Maii.
In j. Nocturno, Lectio- nes. Fratres, Debitores. et de Communi plurimor.	In j. Noct. Lect. De virginibus. de Comm. j. loco.
	Lectio ix. de Homil. et Commem. Feriæ occur.

DIE XXII. FEBRUAR.
S. Margaritæ de
Cortona Pœnitent.
Duplex. Angelopoli.
Omnia ut inter Festa pro
aliquibus locis die xxvj.
Febr., sed Aña ad Bened.
et Magnificat de Com-
muni.

DIE XXVIII. FEBR.
S. Emygdii
Episc. et Mart.
Duplex. Angelopoli.
Omnia de Comm. unius
Mart. præter sequentia.

Oratio.

DEus, qui beatum
Emygdium Marty-
rem tuum atque Pontifi-
cem idolorum victoria et
miraculorum gloria de-
corasti : concede propi-
tius : ut eo interveniente
malorum spirituum frau-
des vincere et coruscare
virtutibus mereamur. Per
Dominum.

Et fit Commem. Feriæ.
In j. Nocturno, Lectio-
nes. A Miléto. de Comm.
unius Mart.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Emygdus, e nobili
Francorum pro-
sapia Tréviris na-
tus, anno ætatis vigésimo
tértio, paréntibus idolo-

latris frustra obstantibus,
fidem Christi suscepit, et
constantissime professus
est. Cum tribus discipulis
Euplo, Germáno et Va-
lentíno vitam duxit : hu-
mánis spretis oblecta-
mentis, rebus divinis plé-
nius incumbébat, erga
proximum caritatis ardó-
re æstuábat; idcirco ad
procurándam multórum
salútem Romam se cón-
tulit; hospitio excéptus in
ínsula Tiberis, hóspitis
filiam per quinquénnium
immedicábili morbo lan-
guéntem baptismo saná-
vit. **R.** Honéstum.

Lectio v.

MOX, óculis cæci co-
ram pópulo signo
crucis apértis, a multítu-
dine, eum filium Apóllinis
credénte, in templum
Æsculápii rápitur. Ibi
Christi servum se profes-
sus, ejus invocatióne ma-
gnum número agró-
rum, nequídquam idóli
opem implorántium, va-
letúdini restituit, aras di-
ruit, Æsculápii signum
confráctum in Tiberim
projéxit. Quibus rebus, et
mille trecentórum gentí-
lium, præter Æsculápii
sacerdótes, conversi-
one inde secúta, irritati Po-
sthúmii Titiáni præfécti

Urbis minas, Angeli mó-
nitu declinans, sanctum
Marcellum Pontíficem
adiit, a quo Episcopus
ordinátus, et Asculum
missusest. **R.** Desidérium.

Lectio vij.

MUltis in itinere mirá-
culis ingéni multi-
túdine Christo adjúcta,
simul ac Asculum Emyg-
dius pervénit, dæmónes,
e simulácris idolórum per-
cuncta fana ejulátibus
éditis, peregrinum dolo-
ris sui causam indicárun-
t. Quem cum concitata
plebs ad cædem quæret,
excitus tumultu Poly-
mii civitátis præses
eum ad se vocátum mul-
tis, sed irritis verbis, ad
Jovis et Angáriæ deæ
Asculi patrónæ venerati-
onem hortátur, promís-
sis étiam in præmium
núptiis própriæ filiæ Poly-
lysæ, quam Emygdus
ad Christum conversam
baptizávit, et post eam
mille et sexaginta hómi-
nes, edúcta e saxo per-
ingens miraculum aquá-
rum cópia. His in rábiem
actus Polymius sancto
Episcopo caput ahscídit.
Quo facto, truncus ejus
mirabiliter eréctus adjé-
ctum humo próprium ca-
put attóllens máibus per

spátium trecentórum
pássuum ad oratórium
portávit; inde ad tem-
plum máximum translá-
tum est, ubi magna reli-
gióne Asculáni pópuli, et
concursu exterórum hanc
usque in diem cólitur.
Incidit ejus beata mors
persecutióne Diocletiani
durante.

R. Stola jucunditatis.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangélii
secúndum Lucam.

Lectio vij. Cap. xxj. b

IN illo témpore : Di-
xit Jesus discipulis
suis : Cum audieritis
proelia et seditiónes, no-
lite terréri : opórtet pri-
mum hæc fieri, sed non-
dum statim finis. Tunc
dicébat illis : Surget gens
contra gentem, et regnum
advérsus regnum. Et ter-
ræmótus magni erunt per
loca. Et reliqua.

Homilia sancti Gregórii
Papæ.

Homilia j. in Evang.

DOminus ac Re-
demptor noster
parátos nos inve-
nire desiderans, senescén-
tem mundum quæ mala
sequántur denúntiat, ut
nos ab ejus amóre com-
péscat. Appropinquán-
tem ejus términum quan-

tæ percussiones præveniant, innotescit : ut si Deum metüere in tranquillitate nolumus, saltem vicinum ejus judicium vel percussiónibus attriti timeamus.

R. Coróna.

Lectio viij.

Hic etenim lectioni sancti Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit, paulo superius Dóminus præmisit, dicens : Exsúrget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum : et erunt terræ mótus magni per loca, et pestilentia et fames. Et quibusdam interpolatis, hoc, quod modo audistis, adjúnxit : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressurágentium præ confusióne sónitus maris, et flúctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia in próximo ventúra formidamus.

R. Hic est.

Lectio ix. de Homil. et Commem. Feriæ.

Te Deum laudamus.

DIE II. MARTII.
S. Bartholomæi
Gutierrez
Martyris. Duplex.

Omnia de Comm. unius Mart., præter sequentia.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beati Bartholomæi Martyris tui natalitia cõlimus, intercessiõne ejus in tui nómínis amore roborémur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. Feriæ.

In j. Nocturno, Lectiões. Fratres, Debitores. de Communi plurimorum Martyrum.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Bartholomæus Gutierrez ex honesta familia Mexicana, dum Angelópolis tirónibus Eremitarum sancti Augustini præerat, ad majóra animarum lucra quærénda, Japoniam transmeavit; ubi tanta alacritate verbum Dei disseminare cœpit, ut ingentem paganorum multitudinem ad Christum converteret, e quorum número non pauci martyrii coronam assecuti sunt. Quamobrem jussu imperatoris captus, post diuturnum carcerem aliud longum atque inauditum supplicii genus una cum beatis Vincéntio a

sancto António et Francisco Jesu Augustiniani Discalceatis invicta constantia toleravit. Nam ad Ungenum montem prope Arimam deducti triginta dies æstuantis aquæ sulphuræ jactu, quæ nedum pustulas in cute excitabat, verum etiam carnes corrodebat, excruciatum identidem fuere. Tandem Nangasáqui tertio Nonas Septembris anni millesimi sexcentésimi trigésimi secundi lento igne consumpti sunt, et eorum reliquæ, ne a Christianis colligerentur, in mare demersæ. Isti una cum aliis Martyribus sive cœnobitis sive e sæcularium cœtu, in totum quinque ac bis centum a Pio nono anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo Nonis Julii, cum sæcularia Apostolorum principum sollemnia agerentur, in Beatorum album relati sunt. **R.** Honestum. De expositione S. Ambrósii Episcopi in Psalmum centésimum décimum octavum. **Serm. xxj.**

Lectio v.

Princes persecuti sunt me gratis : et a verbis tuis trepidavit

cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutiõnum tormenta sustineat : qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum putaverit esse violandum : qui nihil legibus debeat, et graviora latronum sustinere cogatur supplicia : qui loquatur juste, et non audiatur : qui loquatur plena salutis, et impugnetur : ut possit dicere, Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Grátis igitur persecutiõnem patitur, qui impugnatur sine crimine : impugnatur ut noxius, cum sit in tali confessiõne laudabilis : impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Dómini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

R. Desiderium.

Lectio vj.

Vere frustra impugnatur, qui apud impios et infidos impietatis arcensitur, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnatur, fortis debet esse et constans. Quomodo ergo subtexit : Et a verbis tuis trepidavit cor meum?

Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Timete Dominum, omnes sancti ejus: et, Beatus vir, qui timet Dominum. Qua ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

R. Stola jucunditatis.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. x. d
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. in Matth. cap. x.

Supra dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicite super tecta. Nunc infert, quid post praedicationem sequatur. Ad fidem Christi totus orbis contra se divisus est: unaquaque domus et infideles et credentes habuit, et propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur

pax mala. Tale quid et in Genesi adversus rebelles homines, qui moti fuerant de oriente, et turrem exstruere festinabant, per quam caeli alta penetrarent, fecisse scribitur. Deus, ut divideret linguas eorum.

R. Corona.

Lectio viij.

Veni enim separare hominem adversus patrem suum. Hic locus prope iisdem verbis in Michæa Propheta scribitur. Et notandum, ubicumque de veteri testamento testimonium ponitur, utrum sensus tantum an sermo consentiat. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Qui ante praemiserat, Non veni pacem mittere, sed gladium, et dividere homines adversus patrem et matrem, nurum et socrum; ne quis pietatem religioni anteferet, subjicit dicens: Qui amat patrem aut matrem plus quam me. Et in Cantico legimus Canticorum: Ordinavit in me caritatem. Hic ordo in omni affectu necessarius est: ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios.

R. Hic est.

Lectio ix. de Homil. et Commem. Ferie.
 Te Deum.

DIE VI. MARTII.

S. Coletæ

Virginis. Duplex.
 Angelopoli.

Omnia de Comm. Virginum, praeter sequentia.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui beatam Colétam Virginem tuam cœlestibus donis cumulasti: tribue, quæsumus; ut ejus virtutes æmulantes in terris, æternis gaudiis cum ipsa perfruamur in cœlis. Qui vivis.

Et fit Comm. Ferie.

In j. Noct. Lect. De virginibus. de Comm. j. loco.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Icardiæ civitas Corbéja diocesis Ambianensis, beatæ Colætæ natalibus ex matre sterili et sexagenaria illustris effecta est. Hæc ab ineunte ætate cepit ardentius colere officia caritatis, ita ut quidquid habere poterat, hilariter pauperibus largiretur. Orationi assidue vacans, solitaria loca quaerebat, tenerum ibi

corpúsculum affligens, jejuniis carnem spiritui subjiciens, catena ferrea cilicioque numquam aut raro depositis, humi cubans, cum eam necessarius somnus occupabat. Quartumdecimum ætatis annum agens, orationibus impetravit a Domino, ut corpus suum, quod exiguum remanebat, subito ad justam magnitudinem excreverit, ac vultus venustas, ne forte alicui occasionem præberet delinquendi, in terreum colorem mutaretur. A dæmonibus frequenter lacessita, diversisque apparitionibus exagitata, vulneribusque toto corpore lacerata, ab oratione tamen numquam recedebat, in qua sæpe in ecstasi raptâ, Angelorum visione et colloquio potiebatur.

R. Propter.

Lectio v.

Facultatibus pauperibus distributis, tertii ordinis sancti Francisci regulam professa, novas praecedentibus austeritates superaddens, vitam plane cœlestem aggressa est, nudis semper pedibus etiam hiemistempore incedens, et continuis je-

juniis corpus suum pene conficiens. Tum se ad restaurandam monialium sanctæ Claræ pluribus in locis collapsam disciplinam, a Deo varie admōnita, destinari cognōvit: cui humiliter diu reluctans, linguæ oculorumque usu depēdito, tandem voluntati divinæ sese subjicere coacta est. Utrōque autem sensu mox in integrum restitūto, divino Spīritu afflata, apostolicæ Sedis adire præsentiam decrevit, ut a summo Pontifice prædictum opus exsecutiōni mandandi facultatem expōsceret. A quo benedictiōne accepta, susceptōque prædictæ reformatiōnis mandato, in patriam rediens tantum opus alacriter inchoavit.

R. Dilexisti.

Lectio vj.

CUM autem summo studio, tam antiquis monasteriis reformandis quam novis extruendis incumberet, ingruentes difficultates admirabili constantia superavit. Paupertatis semper studiosissima fuit, unica tunica, eaque detrita, contenta, angustissimam cellam in angulo habens nul-

la supellētili instructam, præter stramineum saccum, qui ei pro lectulo erat. Caritate, patientia, humilitate, mansuetudine, ceterisque virtutibus decorata, dono etiam prophetiæ illūstris, abditæ fidei mysteria divinitus edocta ita penetravit, ut de his altissime dissēret. Multis tandem et maximis patratis miraculis, morte sua ante biennium præcognita, omnibus sacramentis munita, hortatisque sororibus ad regularem disciplinam, obdormivit in Domino pridie Nonas Martii, anno millésimo quadringentésimo quadragésimo séptimo, Gandavi in Flāndria in monasterio a se edificato, in quo sacrae ejus reliquiæ assidua fidelium veneratiōne coluntur. Eam denique Pius séptimus, Pontifex maximus, nono Kalendas Junii anno octingentésimo séptimo supra millésimum, novis ritēque probatis miraculis coruscantem, solēnni pompa Sanctorum albo recensuit.

R. Afferentur Regi.

In iij. Nocturno, Homil.
Sæpe vos. **de Communi j. loco.**

Lectio ix. de Homilia Feriæ et ejus Commem. in Laudibus.

DIE IX. MARTII.

S. Catharinæ Bononiensis

Virginis. Duplex.

Angelopoli.

Omnia de Communi Virginum, præter seq.

Oratio.

Concède nos famulos tuos, Deus, beatæ Catharinæ Virginis suffragiis adjuvari: cujus odore unguentorum trahimur ad tua sancta lætantes. Per Dominum.

Et fit Comm. Feriæ.

In j. Nocturno, Lect. De virginibus. Extra Quadr. de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Catharina virgo, Bononiæ nobilibus parentibus Joanne Ferrariensi ex illustri Vigriorum familia, et Benvenuta Bononiensi orta est. Hanc beatæ Dei Genitrix Maria patri per visum prænuntiavit in festo Nativitatis suæ, veluti fulgentissimum solem nascituram. Quare ab incunabulis Dei benedictiōne præventa, vitæ innocentiam cum pietate

perpétuo servavit. Vigésimum annum agens a matre Ferrariam perducta, in monasterio Corporis Christi religiosum sanctæ Claræ habitum sumpsit. Quo in loco ut lampas ardens ceteris splendescere, et virtutum omnium specimen præbere cœpit. Humilitas tanta ei inerat, ut villiora semper et læcera indumenta caperet, abjectiora officia exhiberet. Caritate erga omnes afficiebatur maxima. Nil vitabat, nil prætermittēbat, quin foret omnes sublevarētque, præsertim infirmas, in quibus monialis caput sanie tabefactum nedum contingere et manibus abstergere, sed et lingua lingere sæpius non horruerit. **R.** Propter.

Lectio v.

Tanta erga errantes affecta erat commiseratione, ut suam ipsius animam Deum precaretur in inferno exuri, dummodo illorum animæ ab incendio (si fieri posset) eriperentur. Obedientiæ virtute sic eminēbat, ut semel tentata sese in flammam injecisset, nisi statim revocata ab illa se eruisset. Oratiōni assi-

dua, Sponsi sui amore flagrans, summa spiritus dulcedine potiebatur. Quare arcana cordium et secreta cœlestia sæpe ei sunt revelata. Cui et sanctus Thomas Cantuariensis manum deosculandam, et beatus Franciscus stigmata visenda aliquando præbuerunt. Animam Joannis, Episcopi Ferrariensis, in cœlum euntem, veluti stellam coruscantem, moniali quæ tunc aderat, ostendit. Aliquando in Missa, dum Sacerdos Præfationem perficeret, Angelorum concantum ter Sanctus canentium, mira suavitate audivit; qui si diutius, ut ipsa retulit, perdurasset, procul dubio corpore resoluta foret. Fratrem in viam salutis reduxit. Sororis animam in cœlum euntem vidit: multa prophético spiritu prædixit. **R.** Dilexisti.

Lectio vi.

CUM autem Bononienses, etiam fama sanctitatis ejus permoti, monasterium Bononiæ in honorem Corporis Christi erexissent, ex Ferrariensi monasterio beata Catharina una cum quindecim monialibus Bononiæ,

ut illud monasterium reflagret, mittitur. Quod quidem illa et virginum numero, et regulari disciplina auxit. Cumque octo et viginti annos adversa valetudine probata, postremum diem sibi imminere prævideret, convocatis sororibus monita salutis dedit. Sumptis deinde sacramentis, invocato Jesu nomine, beatam efflavit animam quinquagesimo ætatis suæ anno. Honorifice sepulto ejus corpore, mirificus odor e sepulcro fragrare cepit, et illic concurrentes plurimi infirmi sanati sunt. Post dies decem et octo exhumatum corpus inventum est incorruptum, et magno odore fragrans. Quod in ecclesiam delatum, ibi religiose asservatur integrum et multis clarum miraculis. Eam vero Clemens undecimus solèmi ritu Sanctorum catalogo ascripsit.

R. Afferentur Regi.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. xxv.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum de-

cem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Basilli Episcopi.

Homilia xiiij. ad Baptistam circa finem.

Ide, ne quando te poeniteat malorum consiliorum, cum nulla poenitentiae utilitas existit. Refraenet te virginum exemplum. Illæ oleum in vasis non habentes, cum ipsas congregari cum sponso oportebat, tunc tandem senserunt rerum necessariarum negligentiam. Quapropter etiam fatuas Evangelium ipsas appellavit, quod tempus usus olei in circumeundo ac apparatu consumentes, non animadvertunt quod seipsas a sponsi hilaritate excluderent. Itaque et tu vide ne annum ex anno, et menses ex mensibus, et diem ex die differens, et non accipiens oleum luminis alimentum, incidas aliquando in diem quam non expectas: quando deficiet te de cetero vivendi processus, et consilii inopia et tribulatio immitigabilis fuerit. **R.** Hæc.

Lectio viij.

Remo te inanibus verbis decipiat; instabit enim tibi repentina pernicies, et mors ad procellæ similitudinem aderit. Veniet angelus tristis abducens violenter, et trahens animam peccatorum vinculum alligatum et frequenter se convertentem ad ea quæ hic sunt, lugentem sine voce, instrumento lamentationum de cetero concluso. O quam te ipsum dilaniabis! O quantum ingemisces! frustra poenitentiam ob mala consilia agens, ubi videris hilaritatem justorum ob splendidam donorum distributionem; et tristitiam peccatorum in tenebris profundissimæ relegationis. **R.** Média.

Lectio ix. de Homilia Feriæ, cum Comm. ejusdem Feriæ in Laudibus.

FERIA SEXTA

ANTE FESTUM S. JOSEPH.

SS. Spinæ Coronæ D. N. J. C.

Duplex majus.

Angelopoli.

IN I. VESPERIS.

Añæ, Capit., Hymnus et V. de Laud.; Ps. ut in j. Vesp. de Comm. Apost.

Ad Magnif. Aña. O bone Jesu, quid tibi et Coronæ spineæ? Nos peccavimus, et tu luis! Nos debúimus, et tu solvis!

Oratio ut ad Laudes.
Et fit Comm. Feriæ.

AD MATUTINUM.

Invitat. Coronam spineam Christi Redemptoris * Venite, adorémus.

Ps. Venite, exsultémus.

Hymnus.

Deus tuorum militum
Sors, et corona,
præmium,
Tuæ coronæ méritum
Confer medélam omnium.
Tua coronæ spinea
Tuos coronet áurea,
Tua nobis humilitas
Pœnas repéllat débítas.
Tuæ coronæ mysticæ
Suscépto patrocínio,
Júbilus vocis mélicæ
Concurrat mentis gáudio.

Qui tanto diadémate
Nos honórat in stádio,
Cum utriusque Pneúmate
Sit laus Patri cum Fílio.
Amen.

In I. Nocturno.

Aña. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus, ecce iníque spinis coronátur.

Ps. j. Beátus vir. **ut in j. Nocturno de Comm. unius Mart. Pont.**

Aña. Salvávit Leo coronátus de tribu Juda, quod leo rúgiens devorávit.

Ps. ij. Quare fremué-runt. **ibid.**

Aña. Spinas nostrórum peccatórum in suo cápíte portávit, ut peccátis mórtui, justitiæ vivámus.

Ps. iv. Cum invocárem. **ibid. ut in ij. Noct.**

V. Posuísti, Dómine, coronam triumphálem. **R.** Super caput ejus.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. xxviii.



MÆ coronæ superbíæ, ébriis Ephraím, et florí decédenti, glóriæ exsultatiónis ejus, qui erant in vértice vallis pinguíssimæ, errántes a vino. Ecce válidus et fortis Dóminus, sicut impetus grándinis; turbo confringens, sicut impetus aquárum multárum inundántium, et emissárum super terram spatiósam. Pédibus conculcábitur coroná superbíæ ebriórum Ephraím.

R. Próprio Fílio suo non pepércit; sed pro ómnibus nobis spinis coronándum trádidit illum: * Quia dilexit nos. **V.** Milítes plecténtes coronam de spinis imposuérunť cápítí ejus. — Quia.

Lectio ij.

ET erit flos decedens glóriæ exsultatiónis ejus, qui est super vérticem vallis pinguium, quasi temporáneum ante maturitátem autúmni; quod cum aspéxerit videns, statim ut manu tenuerit, devorábit illud. In die illa erit Dóminus exercítuum coroná glóriæ, et sertum exsultatiónis residuo pópuli sui: et spíritus judicii sedénti super judicium, et fortitúdo reverténtibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nesciérunt, et præ ebrietáte erravérunt: sacérdos, et prophéta nesciérunt præ ebrietáte, absórti sunt a vino.

R. Vidéte, omnes pópuli, et ululáte regem Judæórum, imo ómnium super nórum et infernórum.

* Quam dire a matre sua, mo novérca, coronátum. **V.** Plángite, et péctora vestra contúndite ob tale immáne factum, et vidéte. — Quam.

Lectio iij.

Idcirco hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundaméntis Sion lápidem, lápidem, probátum, angu-

lám, pretiósium in fundaménto fundátum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam in póndere judicium, et justitiám in mensúra: et subvertet grando spem mendáci: et protectiõem aquæ inundábunt. Et delébitur foedus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inférno non stabit.

R. Egredimini, filíæ Jerúsalem, et vidéte vérticem regis, * Et fratris vestri coroná scirpea aculeáta amare cruentátum. **V.** Plángite, et flete super vos, et super filios vestros. — Et. Glória Patri. Et fratris.

In II. Nocturno.

Aña. Ecce Agnus Dei immaculátus: a planta pedis usque advérticem cápitís non est sánitas in eo.

Ps. v. Verba mea, **ut in ij. Nocturno de Comm. unius Mart.**

Aña. Sicut ovis ad spineam coronam ductus est: disciplina pacis nostræ super eum, et livóre ejus sanáti sumus.

Ps. viij. Dómine, Dóminus noster. **ibid.**

Aña. Sicut agnus trádidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est.

Psalmus xij.

Usquequo Dómine oblivisceris me in finem? * Usquequo avertis faciem tuam a me?

Quámdu ponam consilia in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * réspice, et exaudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos ne umquam obdórmiam in morte : * nequándo dicat inimicus meus : Præválui advérsus eum.

Qui tribulant me, exsultábunt si motus fuero : * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exsultábit cor meum in salutári tuo : cantábo Dómino qui bona tribuit mihi : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Añã. Sicut agnus tradidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est.

V. Tuam coronam adorámus Dómine. **R.** Tuum gloriósum recólimus triumphum.

Lectio iv.

Emádmódu ad natúræ ópera in uno corpore multa sunt membra diversis

actibus accommodata, ita ad artis opus varia instrumenta adhiberi solent, singula singulátim suas operationes habéntia. Igitur ad redemptionem nostram summi artificis Dómini nostri Jesu Christi, ejúsque eminentíssimæ artis operationem, útpote consummatíssimam, consentáneum est multa instrumenta accessisse. Fuérunt enim vestes, funes, corona, flagella, columna, clavis, arúndo, spóngia, lancea, et sepúlcrum. Quæ ut suo tempore nostræ redemptionis óperi singulátim singula accesserunt; ita suam quoque dignitatem et veneratiónis ratióne accepérunt a Dómino Jesu Christo, quando ad ejus contactum pervenire meruerunt.

R. Pópule meus, quid feci tibi? aut quid moléstus fui tibi, pópole stulte et insipiens, ut spinis caput meum perforáres? respónde mihi : * Quia edúxi te de terra Ægypti, et de domo servientiú liberávi te? **V.** Meménto, quæso, quæ fécerim tibi. -- Quia edúxi.

Lectio v.

Sicut enim quæ venérosa, contagiósa vel rábida tangunt, contaminantur et fiunt morbósa; ita quæ vitæ et salutis æternæ fontem artificémque in vivificándi ac salvándi artificio tetigérunt, salubritatem, majestatem, venerationisque ratióne acquisivisse perpétuam non abs re crédito. Non itaque coronæ matériam venerámur neque formam, nisi quod eam rex eminentíssimæ virtútis, verus homo et verus Deus, úsui sibi esse constituit in eo certámine, quod cum humani géneris hoste decertávit.

R. Generatió prava, atque perversa : * Hæcine reddis Dómino et regi tuo? **V.** Quóties volui congregare filios tuos, quemádmódu gallína congregat pullos suos sub alas, et nolúisti! -- Hæcine.

Lectio vj.

ET inter cétera dominicæ passiónis instrumenta spinea corona, qua Christi caput excruciatum est, fervénti devotióne et magno honóre colénda est, quæ divinum

caput non solum attingit, sed apérui : non módo penetrávit, sed ejus sanguine máduit, estque perlóta. Talem itaque dantes Judæi coronam, dum quid agant non intélligunt, magnum indicant sacraméntum. Qui omnes peccatórum spinas infringere venit, spinas in cápite portat, ut peccata mundi in suo corpore se ferre demónstret.

R. Posuisti in cápite Jesu coronam non argénteam candóris et decóris, non áuream fulgóris et honóris, sed spineam dedécoris et mæroris : * Væ tibi, Judæa pérfida. **V.** Circumdedisti caput ejus quasi regem sponsum decorátum corona. -- Væ. Glória Patri. Væ.

In III. Nocturno.

Añã. Vere languóres nostros ipse tulit et dolóres nostros ipse portávit.

Ps. iv. Dómine, quis habitábit, ut in iij. Nocturno de Comm. unius Mart.

Añã. Coronátus est propter iniquitates nostras, attrítus est propter scélera nostra.

Ps. xx. Dómine, in virtúte tua. ut in iij. No-

cturno de Comm. unius Mart.

Añã. Dese virginis filium diademate spineo coronatum, non aperiētem os suum.

Psalmus Ixib.

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddetur votum in Jerúsalem.

Exaudi orationem meam : * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum praevaluerunt super nos : et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti : * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuae : * sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terrae, et in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia : * qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis : * exitus matutini, et vespere delectabis.

Visitasti terram, et

inebriasti eam : * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum : * quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronae anni benignitatis tuae : * et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguēscent speciosa deserti : * et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, et valles abundant bunt frumento : * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Añã. Dese virginis filium diademate spineo coronatum, non aperiētem os suum.

V. Fuit corona spinea in capite Jesu. **R.** Et diadema gloriæ.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. xix.

In illo tempore : Apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis. **Ex Serm. de Passione Domini.**



Xpergiscere nunc, anima mea, excutere de pulvere, et contemplare virum hunc memorabilem, quem in speculo evangelici sermonis quasi presentem intueris. Attende, anima mea, quis est iste qui ingreditur habens imaginem quasi regis? Et nihilominus servi despectissimi confusione repletus coronatus incedit, sed ipsa etiam ejus corona cruciatus est illi, et mille puncturis speciosum caput ejus devulnerat.

R. Ne læteris inimica, super me qui cecidi : * Consurgam diluculo. **V.** Cum sederò in tenebris, Dominus, lux mea. — Consurgam.

Lectio vij.

Regali purpura induitur; sed potius in ea despicitur, quam honoratur. Sceptrum in manu gestat, sed eo ipso caput ejus reverendum feritur. Adorant coram ipso positus in terra genibus, et regem clamant et continuo sputis amabiles ejus genas subliniunt, maxillam palmis et ho-

norabile collum exorant. Vide, anima, qualiter vir iste per omnia constupratur et spernitur: sub crucis onere dorsum incurvare videtur, et tuam ipse portare ignominiam.

R. Clama, ne cesses, annuntia populo Judæorum scelera eorum : * Quasi tuba exalta vocem tuam. **V.** Dominum Regem et Messiam suum flagellaverunt, spinis coronaverunt, crucifixerunt, latus perfoderunt, et morti tradiderunt. — Quasi. **Gloria Patri.** Quasi.

Lectio ix. de Homilia Feriæ

AD LAUDES,
et per Horas, Añã.

1. Caput draconis* confoditur, cum caput Christi cingitur corona spinarum.

Psalmi de Dominica.

2. Corona rubens* Jesu Nazarenì, quæ fit ad ignominiam, convertitur in gloriam.

3. Coronam vitæ* meruit, qui spinis coronatur: exsolvit quæ non rapuit, injuste morti datus.

4. Christo Regi gloriæ* hodie jubilemus, qui post coronam spineam coronam confert auream.